

**De extremae Pacis Aristophaneae responsione
Heliodoro duce restituenda**

scripsit

Hermannus Schrader.

De hymenaeo quo Pax Aristophanea finitur in strophas digerendo doctorum virorum sententiae inde a Dawesii emendationibus (misc. crit. p. 285) usque ad Engeri commentationem de re scaenica in Pace Aristophanea, insertam Mus. Rhen. IX p. 568 sq., et editionem Richteri mirum quantum inter se discrepuerunt. Cuius rei haec esse videtur ratio, quod versus in libris manuscriptis ita traditi sunt, ut pleraque recte se habere videantur, de paucissimis tantum dubitari possit. Quare factum est, ut ratio carminis scribendi magis e sententia, quam de stropharum responsione hoc vel illo modo restituenda aut prorsus neglenda sibi quisque formaverat, quam e certis fundamentis, unde via et ratione alia investigari possint, pependerit. Tale autem fundamentum, quod codices non praebent, scholia offerunt, in quibus certa vestigia carminis alia atque nunc fit ratione dispositi deprehendimus.

Scholia quae in carmen nostrum exstant profecto non neglecta essent, nisi ad id scholiorum genus pertinerent quae metrica appellare consuevimus. Quae plerumque quidem nihil continent nisi recentiorum grammaticorum sententias de versibus ad doctrinam in scholis traditam exigendis saepe futilissimas, semper ad versus quidem intellegendos admodum supervacaneas, ita ut iure a viris doctis ea prorsus neglecta esse dicas. Cuius generis in Aristophanis etiam comoedias indigesta aliqua moles exstat, exstant tamen in easdem scholia metrica bona et antiquae notae, quippe quae codici Veneto debeantur, in quibus quae de versuum numero, de pedibus, de versibus sic vel aliter iungendis annotata occurrunt non nullius atque haud scio an maioris quam adhuc factum momenti in re critica esse debent.

Cum a proposito nostro alienum sit, ut de scholiis metricis in universum agamus, eos tantum locos scholiorum metricorum quae Veneto debentur hic afferemus, quorum momentum in re critica sua sponte appareret. Gravissimum est schol. Vesp. 1282¹⁾, quod inter metrica referenda esse Heliodori nomen quod adicitur docet: Ἡλιόδωρος, μετὰ τὸν στίχον τὸν γγλωποποιεῖν εἰς τὰ πορνεῖ τεστονθ' εκάστοτε εἰσὶ τόποι ἐπτὰ ἔχοντες στιγμὰς καὶ ἀλόγων (cod. ἀλόγως), ὡς ἐκ προχείρου μὲν εὑρεῖν τὸν λόγον οὐκ ἔστι· τὰ δὲ τοιαῦτα πολλάκις εἴπον ὅτι ὑπολαμβάνω ἐν τοῖς πρώτοις ἀντιγράφοις φθαρέντα, ὥστε (deest in cod.) ὅτι μὲν τοσαῦτα ἦν τὸν ἀριθμὸν γνωσθῆναι, ὥν μὴν τίνα. De quo loco egimus in diss. de notatione critica a vet. gramm. in poet. scaen. adhibita, Bonn. 1863, p. 6.

Eidem Heliodoro, quem Aristophani metrice digerendo operam dedisse e subscriptionibus Nubium et Pacis constat, tribuendum est non solum quod ad Pac. 1353 legitur: ὑψ' ἀκορωνὶς τοῦ δράματος · ὑμήν ὑμέναι' φ· οὗτως Ἡλιόδωρος, sed etiam quod scholium eiusdem fabulue v. 775 habet:

ε

τὰ ἔξης ί, ια' (cod. ἔξης πια'), ιβ', ὡς μὲν κεκόλλισται (cod. κεκόλλισται), ἐστὶ χορίαμβος ἐφθημιμερής, συνῆπτο δέ.

Reliqua scholia quae hic in censum veniunt talis quidem auctoris nomen prae se non ferunt, sed sua ipsorum vi momentum in re critica clamant. Quae quidem haec sunt:

Pac. 180: διπλῆ καὶ εἴσθεσις εἰς λάμβονς τριμέτρους ρητ', ὡν τὸ τελευταῖον „καὶ νησιώτας· δεῦρ' οὐ' ὡ πάντες λεῷ“ ἐν (cod. ἐπ') ἐνίοις δὲ ἀντιγράφοις μετὰ στίχους να' ἐστὶ κωλάγιον τόδε „τί φησι“; καὶ μετ' ἄλλους λῃ' τόδε „ἰη ἰη“. Vterque versiculus in nostris codicibus desideratur, rectene dictu non facile est, cum numeri corrupte traditi esse videantur.

ibid. 939: διπλῆ ἐπεται γὰρ μέλος, ὃ ὑπονοῶ μὲν ἔχειν τὸ ἀντίστροφον ἐν διεχείᾳ, φέρεται (cod. φέροντι, corr. Schneider de vet. in Arist. schol. font. p. 121) δὲ ὡς διάφρον· διόπερ πρότερον παραθήσομαι ὡς φέρεται καὶ ἔοικεν ἐνταῦθα τὸ „κατορθοῦ“ περιττεύειν καὶ δι, τε^r σύνδεσμος πρός τὸ „σέ τοι θύρασι χρὴ μένειν ὄντας

ς

⟨sic G. — Ven.: ὅν τινάς. καὶ τοῦτο δὲ ἀμάρτημά ἐστιν, δι τι πρῶτα γ' κῶλά ἐστι καὶ μετ' ε'. ἀλλὰ ταῦτα μὲν

1) Scholia ex editione Duebner. afferuntur, ipsi versus secundum Meinekii numeros.

ἐατέον, ὡς δὲ ἔχει ἐξηγητέον. τὸ τοίνυν πρῶτον τῶν τριῶν καλων ἱαμβίος τετράμετρος καταληπτικός καὶ ἀναπαιστικὰ δύο δίμετρα ἀκατάληπτόν τε καὶ καταληπτικόν κτλ., quibus versus usque ad v. 955 describuntur. Agitur de stropha eius initium, v. 939: ὡς πάνθ' ὅσ' ἀν θεός θέλῃ χὴ τύχη κατορθοῖ, cum primo antistropheae, quae ἐν διεχείᾳ²⁾ εἰ respondere videtur, versu, v. 1023: σέ τοι θύρασι χρῆ μένοντα τοίνυν (ita quidem R.V.), non congruit. Recto igitur usus iudicio is cui scholium debetur dixit: ὁ νπονοῶ μὲν ἔχειν τὸ ἀντίστροφον ἐν διεχείᾳ, φέρεται δὲ ὡς διάφορον. Quae in scholio secuntur pleraque in aperto sunt, dummodo teneamus, scholii auctorem propositi sui: „πρότερον παριθήσομαι ὡς φέρεται“ oblitum conjecturas proferre, deinde verbis „ἄλλα ταῦτα μὲν ἔστεον, ὡς δὲ ἔχει ἐξηγητέον“ ad propositum reverti. Summi autem momenti est, quod in versibus iudicandis a codicibus non recessit et inter ea quae antiquitus tradita erant et suas conjecturas discrimen esse, non solum sensit, sed etiam non dissimulavit. Quare cum scholium fontem nobis praebat et Ravennate et Veneto libro antiquiore, haud scio an in responsione stropharum restituenda magis quam debebat neglectum sit³⁾.

ibid. 1335: ἐν τισιν οὐ φέρεται διὰ τὰ μέτρα.

ibid. 1344: ἐντεῦθεν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις οὐ φέρεται οὐ πεντάκισιλα ἀκολούθως ὡς φέρεται καὶ ἐνταῦθα ἔστι, quae quomodo restituenda et intellegenda sint, infra videbimus.

2) Heph. p. 135 ed. I. Gaisf.: εἰώθασι τοίνυν αὐτοὶ οἱ δραματοποιοὶ μεταξὺ ἱαμβείων τινῶν γράφειν ἔτερῳ μέτρῳ διποσασοῦν στροφάς, εἴτα πάλιν περάναντες δὲ ἱαμβείων τὸ προκείμενον κατὰ διέχειαν ἀνταποδιδόναι τὰς στροφας.

3) Scholii auctorem v. 939 sic legisse: ὡς πάνθ' ὅσ' ἀν θεός θέλῃ τε χὴ τύχη κατορθοῖ, ex eis quae de κατορθοῖ et de particula τε supervacaneis dicit, appareat. Cui lectio si addimus, quod in alio ad h. v. scholio, quod etiam in Rav. exstat, legitur: τινὲς δὲ οὔτως· ὅποι· ἀν θέλωσιν οἱ θεοὶ καὶ ἡ τύχη κατορθοῖ, videmus, quantopere antiquis iam temporibus vel in Aristophane, qui actorum mutationibus expers fuisse videtur, de locis nonnullis recte legendis dubitatum sit. Si vero versum 1023 quem schol. Venetum exhibet: σέ τοι θύρασι χρῆ μένοντα τοίνυν, comparamus, suspicio in promptu est, in fine versus lacunam fuisse, eamque ratione vel omni sensu carente (οἵτας τινάς) vel admodum exili (τοίνυν) expletam esse. Itaque recte sane Bergkius v. 1023 scripsit: σέ τοι θύρασι χρῆ μένοντα, qui tamen melius egisset, si his verbis lacunae signa addidisset, neque v. 939, deletis verbis χὴ τύχη κατορθοῖ, dedisset:

ὡς πάνθ' ὅσ' ἀν θεός θέλῃ γε.

Av. 1480: ὅτι ἔν τισι τὰ δύο κώλα ἐν ἑστι, λέγω ἀπὸ „τοῦτο δὲ χειμῶνος“ (ξέως τοῦ φυλλοδροεῖ, quae in V. desunt). Quod quidem tum demum accipi potest, si etiam in reliquis strophis bini versus in unum iunguntur.

Plut. 505: *κακόμετρος*⁴⁾ οὗτος ὁ στίχος, om. V.), ἐν δὲ ἐνίσις καὶ ἀμετρος, ubi quod in cod. Harl. 5725 legitur: ὃ Τζέτζη, οὐκ ἐστιν ὁ στίχος κακόμετρος ei rei originem debere videtur, quod Tzetzes antiquiore scholio tamquam suo usus erat.

Hi quidem loci disertis verbis testantur, veteres metricos, si quidem de pluribus neque de uno Heliodoro cogitandum est, eodem modo quo grammaticos ad versus secundum artis suae principia digerendos compluribus codicibus usos esse. Maximi igitur momenti lectiones quas in codicibus invenerunt, in re critica esse debent, cum, sive Heliodorus eas afferat, quod sane veri simillimum, sive alius antiqui temporis vir rei metricae peritus, ad tempora nos ducant Ravennatis et Veneti temporibus multo superiora⁵⁾.

Semper metricum quicunque fuit rectum vidiisse semperque optimam lectionem secutum esse, contendi quidem nequit, sed, quod hic gravissimum, omnia docent, eum codicum auctoritatem religiose secutum coniecturas suas a lectione antiquitus tradita prudentissime distinxisse. Heliodorum quidem tam anxie ad librorum auctoritatem sese applicuisse videmus, ut monstra potius metrorum crearet quam ad coniecturas vel facillimas confugeret. Ita, ut unum tantum exemplum afferam quod in notissimis illis fragmentis exstat, quae Prisciani de metris Terentii opusculo debentur, cum apud Hipponaactem scriptum invenerit:

Ἐρμῆ, φίλ', Ἐρμῆ, Μαιαδεῖ, Κυλλήνιε,
ἐπειχομάι τοι, καθότα γάρ κακῶς ὄγκῳ

(Prisc. de metr. Terent. 26, p. 428, 24 Hertz.), Hipponaactem iambos et choliambos protulisse potius conclusit, quam ut de priore versu emendando, quod quidem facillimum (Meinekius: *Κυλλήνια*, Welcker *Κυλλήνιε*), cogitaret. Neque hoc profecto neque reliqua fragmenta de Heliodori ingenio magnifice nos cogitare sinunt; sed cum codicum vestigia ubique presse secutus esse appareat, tanto plus in re critica ei tribuendum est. Άσφαλής γάρ' ἐστ' ἀμείνων ἡ θρασὺς στρατηλάτης, ut Euripideum

4) Agitur de versu:

οὐκούν εἶναι φημ', εἰ παύσει ταύτην βλέψας ποθ' ὁ Πλοῦτος,
qui sane κακόμετρος.

5) Neglegendum non est, Hephaestionem, qui in scholiis recentioribus saepe nominatur, in Veneto ne semel quidem auctorem afferri.

illud ad viros, quibus in codicium lectionibus antiquitus traditis ducibus utimur, transferam.

Eadem quae in Heliodoro praedicavimus de eo, e cuius copiis scholia metrica fluxerunt, praedicari possunt, quod novum momentum esse potest, ut ipsum eum esse Heliodorum stratuamus. Quam diligenter codicum dissensum annotaverit, exemplis quae exstant supra probavimus; quanta prudentia inter librorum lectiones et coniecturas cum suas tum aliorum distinxerit, schol. Pac. 939, quod supra attulimus, ibid. 582: *τινὲς γράφοντες τὸν σιν „έδαμημεν“ καὶ φασὶ τὰ μὲν β' τροχαῖκὰ ἀκατάληκτα, τὸ δὲ γ' τροχαῖκὸν καταληκτικόν*, ibid. 775: *τινὲς δὲ συνάπτοντες τὸ η' καὶ τὸ θ', docent*⁶⁾; eundem coniecturam proferre videmus, quae dum codices sequitur leges metricas offendit, Equ. 284 (quod etiam in R. exstat): *διπλῆ καὶ εἰσθεσίς περισσικὴ κώλων ιθ', ὡν τὰ μὲν ιε' ἀμοβαῖς τῶν ὑποκριτῶν δίμετροι, τὰ δὲ τέσσαρα ἐναλλάξ, ἀκατάληκτα. καὶ μήποτέ εἰσι δίστιχα τετράμετρα καταληκτικά*, ubi videnda quae Dindorfius annotavit.

Ita e veteribus scholiis metricis usum in Aristophane critice tractando capi non solum posse, sed etiam debere apparet. Momentum autem scholiorum si Heliodoro nominatim auctore adiecto gravius etiam fieri potest, gravissima sane habenda sunt quae in Pacem et multo quidem uberiora quam in reliquias fabulas exstant. Non solum enim fabulae notissima illa subscriptio subiecta est, sed etiam v. 775: *ώς μὲν κεκώλισται* et v. 1353: *νῦφ' ἀκορωνίς τούν δράματος νιμήν νιμέναν* ὥ. οὗτως *'Ηλιόδωρος* Heliodorum in metris fabulae enarrandis occupatum commemorant.

Quare cum metra hymenaei Pac. 1329—57 ratione ab ea qua nunc in codicibus leguntur nonnihil diversa enarrari videamus, non dubitamus, quin ita carmen habeamus ut in Heliodori codicibus legebatur. Quod dignum saltem esse quod cum carmine Ravennatis et Veneti comparetur, per se patet; utrum praeferendum sit ex ipsa carminis natura et scripturae discrepantia iudicandum erit.

Scholia quorum in hac re momentum est haec sunt:

1329. *διπλῆ καὶ δπὶ τέλει μονοστροφικῶν περίσδος πεντακώλων* (cod. πάντα κώλων) *ἰωνικῶν δίμετρων, δύο καταληκτικῶν, τριῶν δὲ βραχυκαταληκτων* (cod. βραχέων κατα-

6) Fortasse etiam Pac. 1333 hue referendum est: *Ἐγ τούτοις φέρονται κατά τινας παραγραφαί, ἵνα ὁ χορὸς ἀνὰ μέρος αὐτὰ λέγῃ,* nisi haec de codicibus intellegenda sunt.

λήκτιων>. εἴτα ἐν ἐπεισθέσει τοῦ χοροῦ τὸ ἵσον, καὶ πάλιν τὰ ε' τοῦ αὐτοῦ μέτρου τοῦ χοροῦ.

1333. ἐν τούτοις φέρονται κατά τινας παραγραφοί, ἵνα ὁ χορὸς ἀνὰ μέρος αὐτὰ λέγηται.

1335. ἐν τισιν οὐ φέρεται διὰ τὰ μέτρα.

1344. ἐντεῦθεν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις οὐ φέρεται οὐ πεντά-
χωλικούθως ὡς φέρεται καὶ ἐνταῦθα ἔστι.

1353. ἥφ' ἂ κορωνὶς τοῦ δράματος, ὑμὴν ὑμέναι' ὦ. οὕτως
Ἡλιόδωρος.

Vnde primum apparet, Heliodorum initio carminis duas quinorum versuum strophas invenisse, quas tertia eiusdem generis exceperit. Deinde concludi potest, ultimam stropham verbis ὑμὴν ὑμέναι' ὠ semel vel bis positis finitam fuisse.

De prima quidem strophe res in aperto est, quomodo quinque versibus constare potuerit, cum sine dubio Heliodorus ultimum versum non semel sed bis legerit:

'Υμὴν 'Υμέναι' ὠ,
'Υμὴν 'Υμέναι' ὠ.

Altera strophe non tam facile cum Heliodori ratione conciliari potest, cum versus quem in prima strophe bis posuimus bis iam in codicibus legatur. Quare statuendum est, post primum et alterum versum:

ὦ τρὶς μάκαρ, ὡς δικαί-
ως τάγαθὰ νῦν ἔχεις

tertium in codicibus exstitisse, quem in hunc fere modum suppleo:

ζηλωτὸς ἀπασιν,

ita tamen, ut meliorem et Aristophane digniorem inveniri posse ipse sentiam. Tertia strophe quae in scholiis commemoratur ipsa est quae v. 1339—43 legitur. Ultimae autem strophae secundum metricum haec fuit forma:

ὦ χαιρετε χαιρετ' ἄν-
δρες, καὶν ἔννέπλησθέ μοι,
πλακοῦντας ἔδεοθε.
'Υμὴν 'Υμέναι' ὠ,
'Υμὴν 'Υμέναι' ὠ').

Restant v. 1336—38:

7) Vtrum semel an bis ponendus sit iste versus, ex Heliodoro non discimus.

τί δράσομεν αὐτήν;
 τί δράσομεν αὐτήν;
 τρυγήσομεν αὐτήν;
 τρυγήσομεν αὐτήν.

et v. 1349—54:

τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ,
 τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον.
 φῆσεις γ' ὅταν ἐσθίησε
 οὖν τε πήγε πολύν.
 'Υμὴν 'Υμέναι' ὥ,
 'Υμὴν 'Υμέναι' ὥ.

Ad illos scholium quod ad v. 1335 adscriptum legitur: ἐν τισιν οὐ φέρεται διὰ τὰ μέτρα⁸⁾ pertinere veri simile est, cum pluralis numerus διὰ τὰ μέτρα suadeat, ut verbum φέρεται de integra stropha intellegamus, et quattuor versus metri sint a reliquis strophis diversi. Recte sine dubio iam in editione Aldina illud scholium ad versum τρυγήσομεν αὐτήν refertur.

Quod ad v. 1344 scholium legitur: ἐντεῦθεν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις οὐ φέρεται οὐ πεντάκωλα ἀκολούθως ὡς φέρεται καὶ ἐνταῦθα ἔστι corruptum quidem est, lenissima tamen mutatione τὰ πεντάκωλα accepta ita explicari potest: „inde ab hoc loco in codicibus non traditae sunt strophae quinorum versuum respondentes eis quae antea traditae sunt et hic leguntur“. Quod scholium ad v. 1349 pertinere, summa cum veri specie contendi potest, cum stropha quae v. 1344 incipit quinque versus integros exhibeat, inde a versu autem 1349 quinarium numerum turbatum videamus. Versus certe 1344—48 antiquis iam temporibus eodem fere modo quo in nostris codicibus traditos fuisse, schol. v. 1345: πράγματ', τὰ τοῦ πολέμου δηλονότι, et v. 1346: γεωργοῦντες docent, quae ad versus:

οὐ πράγματ' ἔχοντες ἀλλὰ συκολογοῦντες,

pertinent.

Totum igitur carmen Heliodori temporibus hac fere ratione in codicibus scriptum fuisse videtur:

8) Si quid in his verbis mutandum, ἐν τισιν οὐ φέρεται τὰ δ' διὰ τὰ μέτρα mallem quam cum Dobraeo: ἐν τισιν οὐ φέρεται τὰ δ' μέτρα, cum veri simile non videatur, in scholio metrico antiquae originis eosdem versus qui paullo ante δίμετρα vocali erant, μέτρα vocari, de qua verbi μέτρον notione in universum dubitari nequit.

- 1329 *Tρ.* δεῦρ' ὁ γίναι εἰς ἀγρόν,
χῶπως μετ' ἐμοῦ καλὴ
καλῶς κατακείσει.
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ,
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ.
- 1332a *Xορ.* ὁ τρὶς μάκαρ ὁς δικαι-
ως τάγαθὰ νῦν ἔχεις
* * * * * *
- 1335 ‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ,
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ.
τί δράσουμεν αὐτήν⁹⁾ ;
- 1336a τί δράσουμεν αὐτήν;
τραγήσουμεν αὐτήν.
Xορ. ἀλλ' ἀράμενοι φέρω —
μεν οἱ προτεταγμένοι¹⁰⁾
τὸν νυμφίον ἀνδρες.
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ,
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ.
- 1340 *Tρ.* οἴκησετε γοῖν καλῶς
οὐ πράγματ’ ἔχοντες ἀλ-
λὰ συκόλογοῦτες.
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ,
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ.
τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ,
τῆς δ' ἥδὺ τὸ σῖκον.
φῆσεις γ' δταν ἐσθίης
οἰνόν τε πίῃς πολὺν.
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ,
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ.
- 1345 1350 *Tρ.* ὁ χαιρετε χαιρετ' ἄν-
δρες, καὶν ξννέπησθέ μοι,
πλακοῦτας ἔδεσθε.
‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ,
(‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ).

Cum igitur quattuor easdem strophas vel adeo quinque, si quidem ultimae strophae recte duplex illud ‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὁ addidimus, in Heliodori codicibus exstitisse videamus, huic lectioni pro ea quae in nostris codicibus invenitur, cui cetero-quin ut ex Aristarchi ut videtur recensione ad nos perductae

9) Haec cuinam tribuenda sint, postea videbimus, ubi simul de extremis versibus inter Trygaeum et chorum dividendis disputabitur.

10) Ita cum Dawesio legendum esse, vix est quod moneamus.

plus aliquis tribuendum censeret quam Heliodori, palmam concedere non dubitamus. Quantopere enim carmini nuptiali forma monostrophicā, cuius certa vestigia deprehendimus, conveniat, per se patet. Accedit quod mutationes quas Heliodori lectio postulat non eae sunt qnī librariorum neglegentiae originem debere videantur. Quod autem Heliodorus carmen nostrum disertis verbis monostrophicū fuisse contendit, v. 1329: διπλῆ καὶ ἐπὶ τέλει μονοστροφικῶν περιόδος πεντακόσην¹¹⁾, sententiae omne carmen monostrophicū fuisse pro argumento vix esse potest, cum ea quae Heliodorus hac de re censuit non nisi conjectuae loco habenda sint, quoniam se in codicibus integras quinorum versuum strophas non invenisse ipse testatur.

Relicto igitur Heliodoro de reliquis strophis ab eis quas modo vidimus diversis quid statuendum sit videamus, qua in re argumentis utemur cum ex ipsa verborum notione tum e ratione, quam Aristophanes in monostrophicis sequitur, petitis.

Ac primum quidem negandum est, versus 1349 sq.:

τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ,
τῆς δ' ἥδυ τὸ σῦκον.

Tρογ. φήσεις γ' δταν ἐσθίης κτλ.

hoc modo recte se habere. Cum enim verba φήσεις γε ea quae aliquis dixit ita probent ut addant, eum quae dixerit magis ex animi sui sententia et verius etiam dicturum esse, si quid aliud etiam accedat, nostro loco e lectione antiquitus tradita sensu carent. Quid enim post Fescenninam, ut hoc verbo uti liceat, procacem chori locutionem, haec Trygaei sive cum Bergkio mavis ipsius chori: „Vere dicis, sed verius etiam magisque ex animi tui sententia, haec praedicabis, si epulaberis“ etc., sibi volunt? Exspectatur simile aliquid illi quod apud nostrum in hac ipsa fabula v. 860 sqq. legitur, ubi verbis chori:

11) Negari tamen non potest, haec etiam ita accipi posse: post ea quae una tantum stropa (neque etiam antistropha) constant secundetur strophae quinorum versuum. Notionem enim verbi μονοστροφικός, quae in posteræ aetatis scholiis metricis frequentissima est, ut sit „una tantum stropa constans“, semel etiam in schol. Ven. inventimus, ad Pac. 775: διπλῆ καὶ μεταβολὴ εἰς μονοστροφικὴν διάδα ἐντεκαΐδεκα κώλων ἔχουσα τὰς πέριοδους, cui alterum exemplum e schol. Rav. addi potest, ad Pac. 346: εἰσθεσις χοροῦ μονοστροφικὴ στίχων καὶ κώλων ιε. Reliquis locis ubi μονοστροφικός in Ven. legitur (Edu. 973. 1111, ut locum de quo hic agitur omittam), notio eius cum Hephaestionis definitione congruit: μονοστροφικά εἰσιν ὅπόσα ὑπό μιᾶς στροφῆς καταμετρεῖται (p. 113 ed. Gaisf. I.). Illam notionem non minus quam hanc e verborum μόνος et στροφή significatione petendam esse liquet.

ζηλωτὸς ἔσει γέρων
αὐθίς νέος, ὥν πάλιν,
μήρῳ κατάλειπτος

Trygaeus respondet:

οἴμαι τί δῆθ' ὅταν ξυνῶν τῶν τιθίων ἔχωμαι,
aut eis quae Trygaeus dicit, φήσεις γ' ὅταν ἐσθίγες etc., ali-
quid praecessisse, quo non illius sed sui ipsius faustum felicem-
que fortunam chorus extollat. Quod facillimo negotio restituitur,
dummodo post v. 1350 eadem illa quae totiens recurrunt
'Ὑμὴν 'Ὑμέναι' ὡδ vel bis vel semel ponantur. Tum hanc ver-
suum habemus sententiam: „Nunc quidem laetus es et Hyme-
naeum cantas, sed laetior eris magisque etiam ex animi tui
sententia cantabis, ὅτους ἐσθίγες οἰνόν τε πίγες πολύν“. Recto
igitur usi iudicio Enger, Mus. Rhen. IX. p. 581, et Bergkius
ed. II. hanc quoque stropham clausula finiendam esse putaverunt.

Quae praeterea de carmine affiri possunt e ratione qui-
bus poeta in monostrophicis utitur petenda sunt.

Stropham aliquam apud tragicos poetas saepius quam
semel non repeti, recte iam monuit Hermannus, el. doctr. metr.
p. 716. Colorem enim leviorem rebusque minus gravibus ca-
nendis aptiorem qui una eademque stropha lyricorum more
saepius repetita efficitur, fugisse videntur¹²⁾. Qui minus ca-
vendus erat Aristophani, apud quem, si a nostro loco disces-
seris, undecim fortasse vel duodecim carmina monostrophica
exstant:

- 1) Ach. 836—50.
- 2) ibid. 929—34. 940—45.
- 3) Equ. 973—76.
- 4) ibid. 1111—50.
- 5) Nub. 1391—96.
- 6) Pac. 856—62. 910—15.
- 7) Ran. 397—413.
- 8) ibid. 416—39.
- 9) ibid. 534—48. 590—604.
- 10) ibid. 814—29.
- 11) Lys. 1043—72. 1189—1215.
fortasse etiam
- 12) Ran. 1370—77. 1482—99.

Quorum locorum qui carmina praebent a solo choro neque
cum aliis versibus coniuncta cantata (Ach. 836—59. Equ. 973—
96. Ran. 814—29) pluribus verbis non indigent, neque ea quae

12) Quod in Cyclope Euripidea carmen tribus eisdem strophis
constans legitur (v. 491—514) dramati satyrico optime convenit.

aliis tamen strophis non interiectis a choro et ab auctoribus proferuntur (Equ. 1111—50. Ran. 416—39). Maioris momenti ea sunt carmina, ubi strophis repetitis alii versus vel praemituntur vel interponuntur.

Proodus semel tantum monostrophicis praemissa est, Ran. 394—96, carmini quod inde a v. 397 usque ad v. 413 legitur; cui proodo v. 440—42 respondere videntur. Saepius alii versus strophis interiecti sunt, ter quidem ita, ut eadem stropha bis legatur, sequatur diverbum, deinde eadem stropha quae supra his posita sit, ita ut rationi monostrophicae coniunctam quodam modo dicas antistrophicam (Ran. 534—41. 542—48 = 590—97. 598—604. Lys. 1043—58. 1059—1072 = 1189—1203. 1204—15. Nub. 1345—50 = 1391—96). Alia quidem res est in carmine Ran. 1370—77. 1482—90. 1491—99, ubi cum eadem stropha ter legatur de antistrophicis cogitari nequit. Tenendum tamen est, dubitari posse, utrum monostrophicum habendum sit carmen an non. In codicibus enim prima stropha octo constat versibus, reliquae duae novenis, neque aliter responsio exsistit nisi ita ut post v. 1373 cum Hermanno unius versus lacuna statuatur. Quod tamen si solam sententiam spectamus cum minime necessarium sit, consuetudo Aristophanis flagitare potius videtur, ut octonario v. 1370—77 numero servato v. 1482—90. 1491—99 antistrophice sibi respondeant.

Carminis Nub. 1345—50. 1351—96 duas esse partes sibi respondentes, inter quas diverbum interpositum sit, modo vidi-mus; addi potest, in utraque parte eandem stropham ter positam a binis tetrametris iambicis excipi, in hunc modum:

A A A b diverb. A A A b.

Similis ratio est versuum Ach. 929—34. 940—43. Versum enim 934 sex dimetri iambici, catalecticci et acatalecticci excipiunt, qui in duas strophas dividendi esse videntur, quibus, si cum Meinckio in v. 938 lacunam statuimus, v. 946—51 respondent, ut carmen habeamus sic compositum:

A A b c A A b c

Multo artificiosius compositum est quod sexto loco supra attulimus, Pac. 856—62. 910—15. Primam enim et tertiam stropham tetrameter iamb. cat. sequitur; post alteram et quartam bini tetrametri positi sunt, quos utroque loco nova stropha excipit. Ita duae exsistunt carminis partes sibi respondentes, inter quas diverbum interiectum est (v. 868—917):

A tetr. A 2 tetr. b. diverb. A tetr. A 2 tetr. b.

E quibus locis, si quidem unum illum dubiae auctoritatis, Ran. 1370—77. 1482—99, excipimus, appareat, monostrophicis aut nihil esse interpositum, quae quidem ratio carminibus lyricis simillima est, aut ita; ut monostrophica et antistrophica unum quasi corpus efficiant, cuius partes ad severissimas responsionis leges exigi possint. Quo genere lyricorum morem usui scaenae magis accommodatum videmus.

Cum igitur in hymenaeo nostro certa vestigia eiusdem strophae quater positae deprehenderimus, veri simile videtur, etiam reliquas strophas ita dispositas esse, ut universum carmen certis responsionis legibus teneatur. Quod a v. 1329 usque ad v. 1348 ita se habere nemo non videt. Inter binas enim quinorū versuum strophas quattuor versus sibi inter se respondentes interiecti sunt. In extremo autem carmine res minus in aperto est.

Vidimus ultimum carminis versum ‘*Υμὴν ‘Υμέναι’ ω̄* esse, semel vel bis positum, eadem verba post v. 1350: *τῆς δ’ ἡδὺ τὸ σῦκον* locum habuisse, ita ut hanc extremi carminis inde a v. 1349 formam invenerimus:

	τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ,
1350	<i>τῆς δ’ ἡδὺ τὸ σῦκον.</i>
1350a	‘ <i>Υμὴν ‘Υμέναι’ ω̄</i>
1350b	(‘ <i>Υμὴν ‘Υμέναι’ ω̄</i>).
	φήσεις γ’ ὅταν ἐσθίης
	οἰνόν τε πίης πολύν.
	‘ <i>Υμὴν ‘Υμέναι’ ω̄</i> .
	‘ <i>Υμὴν ‘Υμέναι’ ω̄</i> .
1355	ω̄ χαιρέτε χαιρέτ’ αὐ-
	δοεις, καὶ ξυνέπησθε μοι,
	πλακοῦντας ἔδεοθε.
	‘ <i>Υμὴν ‘Υμέναι’ ω̄</i>
	(‘ <i>Υμὴν ‘Υμέναι’ ω̄</i> .)

In quibus quo modo se habuerint iudicandis duo potissimum spectanda sunt, primum ut responsio ne neglegatur, deinde ut eadem in omnibus strophis clausula legatur. Quare cum neque extremum carmen omni responsione caruisse neque verbis ‘*Υμὴν ‘Υμέναι’ ω̄* modo semel modo bis positis responsio qualiscunque efficienda videatur, vix aliter scribi poterit atque ita ut stropha quattuor versibus 1351—54 constans mesodus¹³⁾

13) Mesodo Aristophanes utitur Thesm. 120—22. 1143—44 (cf. Hermannum el. doctr. metr. p. 541), fortasse etiam Ran. 226—235 (cf. eund. ibid. p. 743). Quod vero mesodus tam similis est strophis quibus interiecta est ut unius tantum versus discrimen intersit, exemplis

habeatur, reliquae duae quinorum versuum non solum sibi sed etiam eis quas supra ab Heliodoro descriptas accepimus respondeant. Quod ut efficiatur, in utraque stropha 'Υμὴν 'Υμέναι' ὡς illud bis ponendum est, quod etiam si responsio huc non duceret veri simillimum esset; praeterea in priore post v. 1349: τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύν cum Dawesio, Engero, Bergkio lacuna statuenda est, quae quomodo suppleri possit, ingeniiis ab Aristophanea cogitandi dicendique licentia non alienis relinquendum videtur.


Totum igitur carmen hoc modo scribendum videtur:

1329	<i>Tρ.</i>	δεῖρ' ὡς γῆναι εἰς ἀγρόν, χῶπως μετ' ἐμοῦ καλὴ καλῶς κατακείσει. 'Υμὴν 'Υμέναι' ὡς,
1332a	<i>Xορ.</i>	'Υμὴν 'Υμέναι' ὡς. ὁ τρίς μάκαρ, ὡς δικαί- ως τάγαθὰ νῦν ἔχεις, * * * * *
1335	<i>Tρ.</i>	'Υμὴν 'Υμέναι' ὡς,
1335a	<i>Xορ.</i>	'Υμὴν 'Υμέναι' ὡς.
	<i>Tρ.</i>	τί δράσομεν αὐτήν;
1336a	<i>Xορ.</i>	τί δράσομεν αὐτήν;
	<i>Tρ.</i>	τρυγήσομεν αὐτήν.
	<i>Xορ.</i>	ἄλλ' ἀράμενοι φέρω-
1340		μεν οἱ προτεταγμένοι τὸν νυμφίον ὁνδρες.
		'Υμὴν 'Υμέναι' ὡς
		'Υμὴν 'Υμέναι' ὡς.
	<i>Tρ.</i>	οἴκησετε γοῦν καλῶς οὐ πράγματ' ἔχοτες ἀλ-
1345		λὰ σινολογοῦντες, 'Υμὴν 'Υμέναι' ὡς 'Υμὴν 'Υμέναι' ὡς.

similibus defendi potest. Ach. enim v. 937—39. 948—51 versus quos supra littera c signavimus ab eis quos A esse voluimus dimidio tantum versu discrepant. Etiam Vesp. 540—45 stropha quaes duobus tetrametris iambicis interiectis stropham v. 531—36 excipit tam similis ei est ut non multum absit quin antistropha haberi possit. Conferri etiam potest Aeschylus Pers. 93—101, ubi epodus, praeterea quod alterius et tertii versus ultimus pes ἀνακλώμενος est, ea tantum re a strophis diversa est, quod quatuor habet versus, illae tres.

	Xορ.	τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ, * * * * *
1350		τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον.
1350a		‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὠ̄,
1350b		‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὠ̄.
	Tρ.	φῆσεις γ' διαν ἐσθίγις οἰνόν τε πίης πολύν. ‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὠ̄, ‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὠ̄.
1355	Xορ.	ῳ̄ χαιρετε χαιρετ’ ἀν- δρες καν̄ ξινέπησθέ μοι, πλακοῦντας ἔδεοθε. ‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὠ̄, ‘Υμὴν ‘Υμέναι’ ὠ̄.

Strophae in hunc modum sibi respondent:



Vlta strophae e ratione quam poetam ubique sequi videntur choro tribuenda erat; v. 1329—32a, 1344—48, 1351—54 necessario Trygai sunt, versus autem 1336—38, nisi chororum ingenium quo in toto carmine utitur egredi volumus, inter Trygaeum et chororum distribuendi sunt, ut ille prior dicat, hic respondeat. Quod autem in schol. v. 1333 legitur: ἐν τούτοις φέρονται κατά τινας πυραγγαφαι', ἵνα δὲ χορὸς ἀνὰ μέρος αὐτὰ λέγη commendari sane videtur versibus 1339 sq.:

ἀλλ' ὀράμενοι φέρω-
μεν οἱ προτετάγμενοι
τὸν νυμφίον ὠνδρες,

ubi hemichorum ita dictum esse, ut fuerunt qui putarent, statui vix potest. Accedit quod chori partes inter XXIV choreutas optime distribui possunt. Nam si ultimam stropham universo choro damus, reliquarum stropharum clausulas ab aliis dictas esse putamus, ab aliis ea quae praecedunt, versuum autem 1336—38 duo sunt chori, octo partes efficiuntur, ita ut terni choreutae alternis cecinerint.

Quod si quis, ut olim Dawesius, tantum tribuendum censet ei rei, quod v. 1336—38 in non nullis Heliodori codicibus desiderabantur, ut hac re ad eos in suspicionem vocandos utatur, iam necessario etiam in strophā paenultima lacuna statuenda esset, quoniam septem stropharum sex quinorum, paen-

ultimam quattuor tantum versum fuisse, pro accurata responsione, qua poeta in monostrophicis utitur ferri non potest. Ita quod nancisceremur carmen septem eisdem strophis a Trygao et a choro cantatis constans habere quod arrideat, cum popularis cantilenae formam represeentet, negari nequit. Sed vereor ne, si hanc rationem sequeremur, audacius quam circumspectius ageremus. Quare in ea quam proposuimus carminis forma subsistendum videtur.

Hac igitur disputatione specimen carminis nuptialis, quod, si ab eis discesseris quae hexametris conscripta sunt, e Graeca antiquitate integrum unicum fere¹⁴⁾ exstat, nacti sumus. Operae autem pretium est animadvertere, quomodo poeta rudiorem et simpliciorem formam, quae una tantum stropha repetita in usu populi fuisse videtur, arte adhibita aliis versibus interpositis excoluerit, idem quo modo nonnulla quae popularibus cantilenis peculiaria fuisse videntur in usum suum converterit. Ita quattuor versus 1336—38 quorum numeri prorsus eidem sunt conferri possunt cum Sapphonis fr. 91 Bergk. ex epithalamis petito, ubi item quattuor versus sibi simillimi quibus verbum *Ὑμήναον* interiectum est leguntur:

"*Ιψοι δὴ τὸ μέλαθρον
ἀέροετε τέκτονες ἄγδρες
γάμιβρος ἔρχεται ἵσος*" *Ἄρηι
ἄνδρος μεγάλω πολὺ μείζων.*

Cum ea autem re quod prorsus eidem versus bis leguntur conferri potest, quod verba saltem nonnulla in carminibus illis repeti solita esse videntur; legitur enim in eiusdem Sapphonis fr. 99:

"*ὅλβιε γάμιβρε, σοὶ μὲν δὴ γάμιος ὁς ἄρα οὐ
ἐκτετέλεστ', ἔχεις δὲ παρθένον ὅν ἄρα ο,
τιῷ σ' ὡς φίλε γαμιβρὲ καλῶς ἐϊκάσδω;*
ὅρπακι βραδίνῳ σε μάλιστ' ἐϊκάσδω,
ubi eandem habemus quaerendi respondendique rationem quam in illis

τί δράσομεν αὐτήν;
τριγήσομεν αὐτήν.

Neque id neglegendum, Catullum in epithalamio quod inter carmina eius est LXI eisdem verbis repetitis indulgere. Ter. (v. 65. 70. 75) legitur:

14) Praeterea apud ipsum Aristophanem alterum exstat nostro simillimum, sed multo brevius, Av. 1731 sq., de quo v. Rossbach. Metr. p. 495.

quis huic deo
Compararier ausit?
quinquies (v. 91. 92. 96. 106. 116):
prodeas nova nupta,
bis (v. 131, 136): concubine, nuces da,
ut vel hinc de Graecorum illo in carminibus nuptialibus more
concludere liceat.

Quod ita poetae restituere conati sumus carmen monostrophicum eis quae supra enumeravimus duodecimum vel tertium decimum addi potest.
